

Thomas Lindemann

**Programma Propositum in Academia Rostochiensi Dominica Esto Mihi : [P.P.  
Rstoch. 2. XV. Febr. Anno 1618.]**

Rostochii: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734366698>

Druck Freier  Zugang



F. Steiner. 1 - 9  
R. U. Progr. 1618.



Programma

*Propositum in Academia Rostochiensi*

DOMINICA  
ESTO MIHI.

RECTORE

IOHANNES SLEKERO  
PHYS. P.P.



ROSTOCHII

*Typis excrispsit Joachimus Pedanus,*

ANNO M. DC. XVIII. *D. 18. 1718*

Programma  
P. Anthonii  
DOMINICA  
ESTO MARI  
RECTOR  
IOHANNES FERRO



ROSTOCK  
1711



**M**isericordiâ Domini omnis plena est terra,  
Quam dies omnis dies annunciat; cum tempo-  
ribus singulis singularia quedam divina boni-  
tatis præfixa sint argumenta, & salutis nostræ  
presidia; nec ulla pars anni à sacris alienæ  
mysterijs. Nihilominus tamen ut hoc ipso  
tempore Sol altius ascendens majorem sui usuram dierum aliqua  
plenitudine offerat; ita dum Sol Justitiæ Christus, Pascha nostrum,  
Hierosolymam ascendit exaltandus, utiq; & plenior sese divina  
misericordiæ Thesaurus ostendit, & major Paschalis solennitatis  
excellentia, per quam, ut Leo Papa sanctissimus inquit Sermon. 10.  
de Quadr. univ. solennitatum dignitas in Ecclesia Dei  
consecratur: siquidem ipsa Domini ex matre virgine generatio  
huic fuit impensa mysterio. Patiendi namq; facultas, causa  
fuit nascendi. In utero virginis suscepta est caro mortalis, ut in  
ea ineffabili divina misericordiæ sacramento compleretur dispositio  
passionis. Passionis inquam; quam pro nobis subiit, cujus  
hyronos liberavit, ejusdem merito ditavit, & resurrectionis  
decore glorificabit omnes qui in mortem ejus baptisati, diabolo,  
mundo, & carni suæ mortui sunt, ut cum ipso æternum vivant.  
Et hæc jam natiuitatis suæ mysterio hætenus initiatos Ecclesiasti-  
ca solennitatis ordine nos vocat, ac novo quasi paxillo, divina  
passionis & redemptionis admirabilis vexillum suspendit, A  
cujus militia consortium eisi neminem prohibeat, non quosvis ta-  
men receptat oblatos, sed cum delectu habet assumendos. Quod  
sacra fidelium mater agnoscens Ecclesia, inter jejunia, majore, de-  
votione suscepta, religiosa purificatione animos suorum voluit  
preparatos atq; purgatos, ut templum Dei, cujus fundamentum  
est ipse fundator, in omnibus lapidibus sit speciosum, & in sola  
sui

sui parte lucidum. Viva enim rationabilisq; materies, (ut Leo inquit) ad extructionem templi istius assumitur ut, per spiritum gratie, in unam compagem congruat cum capite Christo. Quae ideo dilecta, ideo quasita est, ut & ipsa ex non quarente quarens, & ex non diligente diligens sit, dicente beato Johanne apostolo, Nos ergo diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Quae vero nobis cum Christo participatio, nisi destinamus esse quod fuimus? aut quae similitudo resurrectionis, nisi depositio vetustatis? Quod magisterij eius in nobis documentum, nisi imitationis vestigiorum eius proferamus exemplum? Me versum respicite, inquit ad socios pugnae Madianiticae Gideon, & quemadmodum me facere videtis, sic & ipsi facite. Clanxit buccina sua heros fortissimus: clanxerunt & socij, & buccinando vicerunt: Tanta nimirum veneratio ducis erat; non in hoc electissimo saltem agmine & sacra militia exercitus sed non minor obsequij promptitudo socijs Abimelechi: qui, ut sacra iudicium historia refert, cap. 9. ascendens montem Tzalmonis accepta securi amputavit ramos arborum, quos sublatis imposuit hamero suo, edixitq; populo qui erat secum. Quod vidistis me facere, festinanter facite sicut ego, Quapropter amputarunt quoq; populus quisq; ramos suos, & secuti sunt Abimelechum. Bonum inquam factum hoc, & quid aliter faciamus nos? Scit in medio Ecclesia, dux militiae nostra, autor & consumator fidei Christus, & ait discipulis suis, si quis vult pone me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam ac sequatur me: Futurum est enim, ut filius hominis veniat in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum facta ipsius. Dominum hic audis Gidone & Abimelecho majorem: & quidni suis, quod vellet, imperaret? Discipulos alloquitur, quos sanguine suo redimendos ac purgandos, hereditati destinabat caelorum: & quis illorum sponte non sequeretur? Et fuit tamen (Joh. 6.) cum propter sermonem vitae, quem quavis manna dulciorem ex ore ipsius audire-

rant,

vant, multi ex discipulis ejus retrocederent, vix adhaerentibus ad-  
huc Duodecim. Fuit, cum ex his duodecim exiret ab eo, ut pro-  
deret eum. Fuit cum hi omnes relicto eo, fugerent. Nec de-  
fuerunt, nec deerunt, qui discipulos hic non malint quam pre-  
ceptorem sequi. Clamat mundus, & audiunt omnes: quin dul-  
ce videtur, esse mundanum. Si propius cum BernharDO atten-  
das, clamat mundus. Ego deficiam; clamat caro, ego inficiam;  
clamat diabolus, ego decipiam: clamat Christus, ego resciam.  
Et tamen superba hominum mens deficientem sequitur, sequitur  
inficientem & decipientem; non sequitur rescientem. Currunt  
Judai per legem, inquit Chrysologus ad verba Apostoli 1. Cor. 9.  
currunt philosophi per inane sapientiam, currunt haeretici per  
falsam annunciationem: nec coronam tamen accipiunt. Fidelis  
ad certa vocatur premia, per viam mandatorum Dei; nec currit  
tamen. Quin hoc ipso tempore se avertit ad mundi vanitatem,  
quo predicatione vulnerum Christi vocatur ad salutem. Ecce  
tempus quo miles procedit ad campum, (ait idem Chrysol.  
Serm. 13.) Ecce tempus quo carnis otia, quo mentis ignavia,  
quo ventris cura, & tota per jejunia, familiaris obsequij est  
deponenda torpedo. Ecce tempus quo in armorum caelestium me-  
ditatione, anima & corporis exercenda sunt vires. Ecce tempus,  
quo gula cum jejunio, abstinentia cum crapula; cum luxuria  
castitas, cum pietate impietas, cum patientia furor, sanctitas  
cum reatu, & Christus ipse configit eum demone: Et ecce rugiens  
ille infernalis leo sub gentili bacchantium schemate prodit sublato  
omnis nequitiae vexillo, magnae Christiani nominis infamia jam  
non tentat sed habet in Orgijs Bacchi, organa sua, quibus gula  
jejunium, luxuria castitatem, ebrietas sobrietatem, vincat & pro-  
pe ex memoria hominum ita expellat, ut piaculo dignum fere ha-  
beat, sobrium esse, caste egisse & sapienter. Qua cuiq; ingenio  
praestantiori admixta haeret dementia, prodit jam, & seipsa  
major, dominium affectat cum oscitatione sui. Omnes leges, &  
quit-

quicquid pietas Christiana possidet, infra hanc licentiam est qua  
plus quam gentili scelere, pudor unus est, non depudere: sani-  
tas una, insanire: & ipsa compescenda nequitia remedia conver-  
tere in ejusdem incrementa. Audit de angustijs & dolore Do-  
mini servus: & delicias animo suo agitat tamen. Audit de  
militia ducis & pugna fervore miles: & ipse armis depositis  
ozio dissolvitur. Flagra videt ac vulnere Servatoris sui fugien-  
tium & securus ipse, impendio omni cuticulam curat in terra  
aliena. Plorantem audit & sitiens Dominum: & servus in  
omni rerum abundantia exultando diffluit. Sanguinem è vulne-  
ribus Domini manantem videt, & ipso conspectu ejus Elphanti-  
no more in furorem agitur perversum. Revocatus è castris  
Urias ut sese inuitaret hilarius, animo excelso respondet Joab,  
Imperator exercitus in agro castra habet, & ego ingre-  
derer domum meam, ad comedendum & bibendum, &  
ad cubandum cum uxore mea? ut vivis Rex, & ut vivit  
anima tua, non sum facturus hanc rem. Dixit Urias, &  
praesuit. Sed virtutis pretium habuit, supplicium. Et quid  
aliud fere apud nos sperare haberet, his seculi moribus, his jejunijs  
sacri diebus? quibus exulare iussa pietas, non habet ubi caput  
suum impune reclinet. Sed hoc tamen omne quicquid est, utiq;  
à diabolo est: cujus alias & alibi astutiam videas & sub specie  
virtutis, vitiorum fraudes. Hic vero audaciam ejus mirari  
satis non posses, & horrendum incredibilem, (nisi enormibus  
hujus experientia documentis res constaret) successum, quod sub  
ipso Ethnica festivitatis titulo, & bacchantium, ( quantum  
possunt & sciunt ) ritu cultus, sibi obstrictos habeat homines à  
CHRISTO dictas, eiq; dicatos: nulla etiam temporis quo ta-  
lia celebrentur mutatione, nulla eorum, qua hoc tempore cele-  
brari debebant, reverentia ductus. Quod ad contemptum  
& ignominiam CHRISTI patientis quantum faciat, illu-  
strius est, quam ut dici debeat: majus & horribilius, quam ut  
dici

audi possit. Christum audiat, qui habet aures ad audiendum.  
Ecce, ait, ascendimus Hierosolymam; & complebuntur omnia, quae scripta sunt de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & illudetur & contumelijs afficietur. Dixit Christus, & attentione pensissimam, consideratione duxit dignum: Quid discipuli? Non intellexerunt quicquam horum, Et qui possent? Cum nihil alienum magis sit à principe gloria, quam ha scelestissimorum hominum injuria. Simplicitas ergo fuit, & majestatis in Christo alias conspecta fiducia, quibus à plano dictorum sensu abducta est fides languida. Nunc postquam in mundum omnem exiit facti historia, cum omnem dubitationem excludat rei eidentia, annon de novo Dominum crucifigunt, qui magnum hoc passionis misserium, in vanas Bacchantium mutant delitias? Annon gentibus de novo tradunt, qui gentilis deatri sacris tanta pietatis sacramentum involvunt? annon vulnera ejus despuunt, qui ad eorum considerationem vocati venire negligunt? Vidit Ethnicus homo Pilatus flagris cedi, & quasi stupefactus ait, Ecce homo: Et tamen clamat perversa Judaeorum natio, crucifige eum. Odio nempe & ira perciti, ferre non poterant eum, qui pietate plenus tanto ipsorum obstabat furori. Et quid aliud nostri Luperci? Qui tum demum se vere homines ex festivitatis hujus existimant praescripto si nihil in illis humanum appareat; si formam etiam externam (qua belvina vel diabolica maxime placet) quis intuens, dicat Ecce homo? Non tales illi in agmine Gideonis, qui maximo ducem pium sequebantur obsequio. Prohibunt in die Judicij Abimelechi illius socj, & exemplo suo damnabunt, qui à duce vita ad societatem crucis vocati, abierunt ad haec sacrificia Bacchi. Sedebunt ad judicandum Apostoli, & gloriosa officij ostentabit pramia Thomas, qui dixerat, eamus nos & moriamur cum ipso. Eamus nos, ó mea juventus, quam propiore numinene dicam an furore suo Bacchus infestat, & Seculi trahit exemplum. Eamus in-

quam


quam & cum Jesu potius moriamur, in cujus morte vita nostra est. Suscipiamus crucem ejus, qui exaltatus ad dextram Dei crucis hujus affectus trahit ad se omnes & beatitudinis aeternae facit consortes. Audiamus Apostolum dicentem, nolite conformari saeculo. Saeculi forma in Persarum regibus erat, cum, dicente Chrysologo Serm. 170, sphaeram pedibus suis subijcerent, ac calcabant caelum: cum radiato capite ne homines viderentur, solis residebant in figura: cum impositis sibi cornibus quasi viros se esse dolerent, effeminabantur in Lunam. Quae singula cum à saeculi vanitate descenderet, non exhaurebant tamen hanc sententiam. Et in omni bacchanaliorum pompa, in vitiorum luxurie, quod taxat apostolus & propellit è consortio Christianorum. Hunc ergo audiamus inquam, hortantem per miserationes Dei ut sistamus corpora nostra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo: rationalem inquam cultum nostrum; qui à vanitate mundi, & bacchantium intemperie abductos, transformet per renovationem mentis, & conformes reddat imagini Domini & servatoris nostri: in quo, mundo nos crucifixi sumus, & nobis mundus: Secundum cujus exemplum nobis incedendum; & quicumq; incedent, pax super illos & misericordia. Qui negligant vel detrectant, & plane ostendunt quam sint velut equus & mullus in quibus non est intellectus; qui honestissimum studiosorum ordinem deformant & bacchantium, quos solenni ritu deposuerunt, resumunt mores; quos nulla honestatis, nulla humanitatis, nulla recte momentium obsequij cura moratur; sciant tamen apud Deum & homines esse quibus moribus suis digne, congrueq; afficiantur pœnis. P. P. Rstob. XV. Febr. Anno 1618.







*disci posset. Christum audiat, qui habet au-*  
*Ecce, ait, ascendimus Hierosolymam*  
*tur omnia, quæ scripta sunt de filio he-*  
*enim gentibus, & illudetur & contu-*  
*Dixit Christus, & attentione pensissimæ,*  
*dignum: Quid discipuli? Non intellexerunt*  
*Et qui possent? Cum nihil alienum magis*  
*quàm hæ scelestissimorum hominum injuri-*  
*fuit, & majestatis in Christo alias conspè-*  
*plano dictorum sensu abducta est fides langu-*  
*in mundum omnem exiit facti historia, cu-*  
*nem excludat rei evidentia, annon de novo De-*  
*qui magnum hoc passionis mÿsterium, in va-*  
*mutant delituit? Annon gentibus de novo tr-*  
*deastri sacris tantæ pietatis sacramentum in-*  
*nera ejus despuunt, qui ad eorum considerat-*  
*negligunt? Vidit Ethnicus homo Pilatus stu-*  
*stupescit ait, Ecce homo: Et tamen clar-*  
*rum natio, crucifige eum. Odio nempe &*  
*poterant eum, qui pietate plenus tanto ipso-*  
*Et quid aliud nostri Luperci? Qui tum dem-*  
*ex festivitatis hujus existimant præscripto si n-*  
*appareat; si formam etiam externam (qua t-*  
*maxime placet) quis intuens, dicat Ecce*  
*illi in agmine Gideonis, qui maximo ducent-*  
*obsequio. Prohibent in die Judicij Abime-*  
*exemplo suo damnabunt, qui à duce vita a-*  
*vocati, abierunt ad hæc sacrificia Bacchi.*  
*candum Apostoli, & gloriosa officij ostentab-*  
*qui dixerat, eamus nos & moriamur c-*  
*nos, ó mea juventus, quam propiore numin-*  
*suo Bacchus infestat, & Seculi trahit exem-*



*dam.*  
*ebun-*  
*detur*  
*ierur.*  
*duxit*  
*orum,*  
*gloria,*  
*s ergo*  
*ibus à*  
*quam*  
*ratio-*  
*figunt,*  
*tiam.*  
*entilis*  
*in vul-*  
*venire*  
*quasi*  
*Judeo-*  
*re non*  
*urori.*  
*mines*  
*anum*  
*bolica*  
*n sales*  
*antur*  
*ij, &*  
*crucis*  
*judi-*  
*omas,*  
*amus*  
*urora*  
*us in-*  
*quam*